

quod ipse Unigenitus est ejusdem naturae, ac substantiae cum Patre; ut rectè docent Noster D. Athanasius lib. 1. in Joann. cap. 22. D. Athanasius lib. 3. de unica Trinitatis substantia. D. Chrysostomus homil. 14. in Joan. & D. Ambrosius lib. de Benedictionibus Patriarcharum cap. 1. & alludit ad illud Psalm. 109. num. 4. Ex utero ante luciferum genui te; id est, ac si dicat Aeternus Pater. De intellectu meo fecundo genui te filium meum ejusdem meae naturae. Ibi D. Hieronymus ait: Ex utero, de mea substantia, de mea natura, de meis visceribus, de medullis Divinitatis mea. Totum quidquid est à te Divinitate dedi filio, quem generavi: & similiter ad eundem Psalmum docent D. Augustinus, Theodoretus, D. Remigius, Cassiodorus, Noster Incognitus, & alii.

75. Altissimo ergo discursu probat Magnus Magister, quod solus Unigenitus Dei filius altissima Divinitatis mysteria nobis potuit aperire, & manifestare; Deum nemo vidit unquam: sed unigenitus cum sit ejusdem essentiae, ac naturae cum Patre per intimam conjunctionem, & identitatem cum ipso penetrat omnia secreta, & abdita illius, ac proinde ille solus ea nobis potuit enarrare, ac revelare: simili discursu utitur Paulus 1. Corinth. 2. n. 10. explicans ex quo principio, ac fonte suam doctrinam acceperit, & ait: Nobis autem revelavit Deus per spiritum suum; Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei; quis enim hominum scit, quae sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita, & quae Dei sunt, nemo cognovit nisi spiritus Dei. Assignat Apostolus rationem cur tam alta mysteria scribat, & doceat, quia ea accepit per revelationem Spiritus Sancti; qui Divinus Spiritus scrutatur etiam profunda Dei, id est, penetrat, cognoscit, inuectur omnia etiam abditissima consilia, decreta, ac determinationes Dei, ut explicant D. Tho. Theodoret. Theophylact. & sicut nemo novit, quae sunt hominis: nempe, in corde, ac mente sua, nisi spiritus hominis, qui idea est cum ipso homine; ut explicant citati Patres cum D. Chrysostomo, D. Ambrosio.

76. Ita etiam alta & suprema mysteria Dei nobis enarravit, ac aperuit Unigenitus qui est in sinu Patris, qui cum sit idem naturae cum illo est intimus scrutator, ac penetrator omnium consiliorum, ac decretorum ipsius, eaque ipse narravit, ac declaravit nobis; & quae erant in Prophetis recondita, & in mysteriis Divinitatis abscondita, ipse aperuit, ac manifestavit. D. Irenaeus lib. 4. cap. 37. ait: Unigenitus qui est in sinu Patris, & mysteria sua, & divinationes charismatum, & mysteria sua, & divinationem, humano generi ostendit: Unde rectè ait idem Irenaeus citato lib. 4. c. 14. Deum scire non potest, nisi Deo docente.

Apocalyp. 5. n. 5. apparet in dextera seden-


tis liber signatus sigillis septem, & ipse Joannes flebat multum, quia nullus inveniebatur, qui posset aperire librum, & audire vocem de caelo dicens: viciit Leo de tribu Juda, radix David aperire librum, & solvere septem signacula ejus: liber continebat suprema, & alta mysteria divina, ac sacramenta fidei, qui ita est clausus, & sigillatus omni intellectu creato; nec in caelo, nec in terra est inventus, qui librum posset aperire, & solvere signacula ad sui manifestationem; & quantumvis homo in hoc laboraret, frustra laboraret. Rupertus ibi, in suo Commentario ait: Nisi ille; scilicet Jesus Christus: veniens, aperuisset, nemo intelligeret, & tanquam signacula firmissima solvere cupiens frustra laboraret.

Sed quomodo dum Divinus Leo aperit librum tot mysteriorum, dicitur radix David; nam cum Christus D. sit filius David, potius dicendus erat illius ramus; quam radix? Nota, ut jam dixi ex D. Augustino, Nostro Incognito. David habuit magnam, & excellentiorem cognitionem inter omnes Prophetas mysteriorum fidei, & inde Ecclesia omnia mysteria illius psalmis celebrat; Hoc posito verum est, quod Christus D. secundum naturam humanam sit filius David; At sublimia, & alta cognita mysteriorum cum ceteris donis, quae data sunt David, fuerunt ex praevisis meritis Christi; Ac proinde quamvis secundum naturam humanam Christus sit filius Davidis, tamen Christus est radix, ac origo scientiae, ac intelligentiae illius; nam solus Christus; vel virtus eius, seu influxus aperit, & declarat mysteria. Thomas Anglicus ait: Christus dicitur radix David, quia multo ante, quam nasceretur in terris, ut praevisis ministrabat gratiam, & cetera dona Patribus antiquis, sicut radix humorem & nutrimentum ministrat truncis, & ramis.

Ait Ezechiel. 2. num. 9. cum non intelligeret divina mysteria: Ecce manus missa est ad me, in qua erat involutus liber, & expandit illum coram me. Et quoniam manus fuit illa, quae librum magnorum mysteriorum obsignatum aperuit, declaravit, ac manifestavit; manus, nempe, Christi D. teste D. Gregorio homil. 9. in Ezechielem qui ait: Salvator enim librum, quem involutum ostenderat, expandit, cum hoc, quod per enigmata loquebatur exposuit. Solus enim Christus, qui est vera lux illuminans omnem hominem, potest dare lucem, & lumen ad cognoscenda, & intelligenda divina mysteria; Eleganter ait Philo Hebraeus lib. de praemiis, & poenis. Solem hunc visibilem; non alia re, quam sole ipso adjuti cernimus; quid stellae? An non sola stellarum ope aspiciuntur lucis aspectum nomine luci debemus? Ad eundem sanè modum etiam Deus per se ipsum illustrat suam, cooperante nomine, quod ea res excedant vires omnium.

CAPVT. II.

T die tertiâ nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat mater Iesu ibi. 2. Vocatus est autem Iesus, & discipuli ejus ad nuptias 3. Et deficiente vino dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. 4. Et dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi est mulier; nondum venit hora mea. 5. Dicit mater ejus ministris, quodcumque dixerit vobis, facite. 6. Erant autem ibi lapideæ hydræ sex positæ, secundum purificationem Judæorum capientes, singulæ metretas binas, vel ternas. 7. Dicit ei Iesus implete hydras aqua. Et impleverunt eas usque ad summum. 8. Et dicit ei Iesus, Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt. 9. Ut autem gustavit architriclinus aquam vinum factum, & non sciebat unde esset: ministri autem sciebant qui hauserant aquam, vocat sponsum architriclinus, 10. & dicit ei omnis homo primum bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc quod deterius est. Tu autem servasti bonum vinum usque adhuc: 11. Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ: & manifestavit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli ejus. 12. Post hoc descendit Capharnaum ipse, & mater ejus, fratres ejus, & discipuli ejus: ibi manserunt non multis diebus. 13. Et prope erat Pascha Judæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam. 14. Et invenit in templo vendentes boves, & oves & columbas, & numularios sedentes. 15. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes ejecit de templo, oves quoque, & boves, & numulariorum effudit æs, & mentas subvertit. 16. Et his qui columbas vendebant, dixit. Auferte ista hinc, & nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis. 17. Recordati sunt verò discipuli ejus quia scriptum est: Zelus domus tuæ comedit me. 18. Responderunt ergo Judæi, & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? 19. Respondit Iesus, & dixit eis, Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. 20. Dixerunt ergo Judæi. Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc & tu in tribus diebus excitabo illud? 21. Ille autem dicebat de templo corporis sui. 22. Cum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli ejus, quia hoc dicebat, & crediderunt scripturæ: & sermoni quem dixit Iesus. 23. Cum autem esset Ierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine ejus, videntes signa ejus, quæ faciebat. 24. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum ei, ed quod ipse nosset omnes, 25. & quia opus ei non erat ut quis testimonium perhiberet de homine, ipse enim sciebat quid esset in homine.



ARGUMENTVM cum Remissionibus.

Primò, Vers. 1. Iesus vocatur ad nuptias in Cana Galilææ, & erat ibi mater ejus, & aquam in vinum convertit. Quod explicavit tom. 2. in Evangelia cap. 1. & hîc etiam dicam. Secundò, Vers. 15. Facto flagello ejecit vendentes de templo. De quo egi tom. 2. in Evangel cap. 2. Tertio, Vers. 18. Perentibus Judæis signum, quo demonstret se à Deo missum esse; Hoc signat: Solvite templum

hoc, & in tribus diebus excitabo illud. De eodem cap. 2. à q. 17.

Iesus in Nuptiis. QUÆSTIO I.

Quare Sanctissima Virgo nec rogata, nec rogans solum necessitatem vini deficientis proponit?

Vocatur Iesus ad nuptias in Cana, & erat ibi mater ejus; de quo disserui tom. 2. cap. 1. per 35. Quæstiones. Nunc addo; maxime notandum, quod Iesus dum incipit se mundo manifestare, ac miracula facere, inter nuptias hoc exhibet, ac præstat, ut notavit Noster D. Cyrillus Alexand. hîc & ait: D. Cyrillus Oportet hæc



Oportebat certe quoniam totam naturam hominis ad melius restaurabat, non solum natis jam hominibus benedicere verum etiam nascituris gratiam preparare, & aditum eorum ad vitam auctoritate miraculi, & presentia sua sanctum efficere.

Jesus omnibus benedixit.

2. Cum ergo deficeret vinum: dixit Mater Jesu ad eum: Vinum non habent: ut scribit Evangelista n. 3. de quo egi citato cap. 1. q. 1. 1. 12. 13. 14. & 15. Adde nunc D. Bernard. ser. 1. post Dominic. primam post Epiphaniam, qui ait: Compassia est enim eorum verecundia, sicut misericors, sicut benignissima quid de fonte pietatis prodiret, nisi pietas. Sanctissima Deipara, ut agnovit necessitatem, quodam pietatis impulsu commota est ad subveniendum presentem necessitati, tanquam impatiens, ut egentibus non occurreret, etiam ipsi suas miseras nescirent; & prius Sanctissima Virgo praevidit quam egentibus eas agnoscerent.

Virgo pia ex visa necessitate impellitur ad subveniendum.

Secundo, ait Virgo Sanctissima: Vinum non habent: Disce in Matre Domini antevertendam necessitatis festinantiam; Disce magnam in mirabilibus fidem habere: Disce in magna fide verecundiam retinere: Disce verecundiam decorare fidem, reprimere praesumptionem, non ut Mater imperat, sed tanquam compariens exponit necessitatem: Vinum non habent. D. Bernardus super signum Magnum: Vinum non habent: & his quidem sermo certissimus iudex ingenitae mansuetudinis, & virginalis verecundiae fuit: aliorum quippe verecundiam suam reputans, sustinere non potuit, non potuit vini dissimulare defectum: Expende verbum: aliorum quippe verecundiam suam reputans: valde verecundum erat nubentibus, quod in tanto nuptiarum apparatu, vinum invitantibus deficeret, illorum verecundiam Sanctissima virgo praevidens, nostros defectus tanquam sibi combibens, ac in se ipsa resumens, & de illorum futuro pudore ipsa erubescens: aliorum quippe verecundiam suam reputans. Festina compassione praeproperat defectui subvenire; quia ait Bernardus: sustinere non potuit: friget charitas si compassio non urget, ac urit.

Dei genitrix aliorum verecundiam ut suam reputans sustinere non potuit.

4. Scribit Paulus 2. Corinth. 11. v. 19. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror? Ait Apostolus: Quis infirmatur, & ego non infirmor: Prae multa sua charitate non tantum alienae infirmitatis participes fiebat, sed illam totam per compassionem hauriebat, & ipse pariter velut infirmus languebat, sive de corpore, sive animi infirmitate intelligas, & subdit: Quis scandalizatur, & ego non uror? consequenter videbatur dicendum: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non scandalizor: hoc non ait Apostolus sed ait: Et ego non uror; nam scandalizati, idem est, ac offendiculum, seu lapsum pati, quod dicit peccatum; & Apostolus aliorum infirmitates per compassionem ad se trahere poterat; at verò aliorum peccata non poterat ebibere, & idèd ait: Uror: Graecus Ignisco, incendor; ardeo; Aethiopi-

Graec. Aethiop.

cus, & quis peccat, & ego non confundor: sic ex peccatis alienis charitate ardebat, ac incendebatur ad subveniendum, ac remedium adhibendum, ac si esset peccatum proprium & incenderetur. Theophylactus ibi ait: & si scandalizatur aliquis, ego quoque scandalizari videor, doque operam, ut languorem, & afflictionem istam curem, eique maeat: haud secus atque meum foret istud malum. Dum quis scandalizatur, seu peccat, ait Paulus: ego uror charitate, ut subveniam, ut quid in me est.

Vera charitas dicitur de alienis malis tanquam propriis.

Ad hujus rei gustum explicat D. Gregorius homil. 12. in Ezechielem: illud quod dictum est ipsi propheta: Deo cap. 4. num. 3. cum eirepresentata fuissent oblationes, ac destructiones Jerusalem ait Deus: sume ibi sartaginem ferream: Ad quid ei mandatur? per sartaginem ferream, significabatur animus Prophetae, quia ruina, ac destructione Jerusalem animo angustabatur, ac premebatur per compassionem, quasi in sartagine ferrea frigeretur dolens, & compatiens super aliorum mala. Citatus D. Gregorius ait: Quis scandalizatur, & ego non uror? ipsum suum cor quod animarum zelo succenderat, sartaginem fecerat Paulus, in quo amore virtutum, contra vitia ardebat: super aliorum mala per compassionem frigebatur.

5. Ezech. 4.

Alienis calamitatibus maxime angustatur. Prophe. D. Greg.

Tertio, D. Bernardus de Gradibus humilitatis, Vinum non habent, ait: Quid modestius, quid fidelius? non defuit pietatis fides, voci gravitas, efficaciam voto, si ergo illa cum mater sit se matrem oblita, non audeo petere miraculum vini: Adora in Dei genitriciae petendi arbitrium, Considera modestiam in fide; suspice, in voto efficaciam; non preces proponit, nec supplicationes exhibet; sed necessitatem proponit; ipsiusque necessitatis vocem, pro sua ad filium supponit: Vinum non habent. Quid inde? Si matrem oblita est ad petendum, cum penuria urget, necessitas clamat; & quamvis preces matris multum praevalent erga filium, tamen ubi exigentia instat, se matrem oblita: sufficit precaria necessitatis vox, ut operatum subsidium habeatur, & quamvis repulsam esset passa, ministris dixit, Quodcumque dixeris vobis facite: certo sciens, quod necessitatis vox repulsam non haberet, & in vacuum clamor ejus non abiret.

6. D. Bern.

Vox necessitatis fortissima.

In oratione Dominica petimus: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: Luc. 11. num. 3. & ut suo loco dixi, merito dubitat D. Gregorius lib. 24. Moral. cap. 7. Ecce nostrum dicimus, tamen ut deus oramus: Si nostrum quomodo petimus, & quisnam eum nostrum fecit? ipsa, nempe necessitas quo maxime indigemus, sine quo vitam alere non possumus, & non petimus panem crastinum, sed hodiernum pro necessitate praesenti, & quod necessitas postulat, nostrum est: nam Deus ex sua benignitate illud negare non solet, urgentia nostra Deum ex infinita pietate ad miserendum urget.

7. Luc. 11. D. Greg.

Necessitas iustum facit, quod petit.

Quarto, D. Bernardus citatus de Gradibus humilitatis, ait: Vinum non habent: ut discas in huiusmodi magis pie gemere, quam praesumptuose petere, non defuit pietatis fides, efficaciam voto. Tanquam dolens, ac compatiens Virgo benedicta exigentiam proponit, nec verbum dicit, nec preces adhibet; sed tacet: Ut discas

8. D. Bernard.

in

in huiusmodi magis pie gemere, quam petere. In negotio molestiae; ac afflictionis loquacissimus est dolor, & lingua obmutescat ubi dolor intervenit; ipse efficaciter loquitur plustquam omnis loquela. Cum Esther determinat ingredi ad regem Assuerum & loquatur pro populo, in spiritu humilitatis Deum exorat: Tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis: Esther. 14. n. 13. Cumque jam introducta esset ad conspectum Regis illius iram suspicata exanimis corruit: Cumque elevasse faurem ardentibus oculis furorem peccatoris instasset, Regina corruit, & in pallorem calore mutata; lassum super ancillulam reclinavit caput: cap. 15. n. 10. Si ad conspectum leonis tota terrore concussa conternitur; qualis est sermo compositus maxime à Deo exaratus ad talem occasionem; Nanquid Deus contempserit ejus orationem & eam non exaudivit, & negavit illi sermonem compositum? Maxime exaudita fuit oratio, & efficacius medium dedit illi Deus ad inclinandum cor regis dum deliquium coram eo passa est, quo interna animi afflictio demonstrabatur quae attrahit, & demollit fortiter, & efficaciter obduratum leonis animum; inde videns eam Assuerus exanimem è folio exiliit, & totus clementia profusus benevolè amplexu eam fovet & recreat: Ego sum frater tuus non time, Esther.

Esth. 14.

Esth. 15. Dolor interitus manifestatus efficacior omni voce.

Peccat D. Petrus; & ut scribit D. Lucas, 21. n. 6. Egressus foras flevit amare; flevit, nulla tamen scribuntur verba, quae dixisset, notat D. Bernardus proxime citatus: de Gradibus humilitatis, & ait: Petri post gravem lapsum lachrymam video sed preces, non aucto: ait Jacob ad Angelum apud Oseam, 12. n. 4. flevit, & rogavit cum Fletibus ad unxit verba, sed Petrus omittit verba, & in fletus prorumpit. Jacob procurabat ab Angelo benedictiones, & dona, & inde lachrymas, & preces effundit. At Petrus magno animi dolore premebatur, quod lachrimis manifestabat, & si ad dona & cetera bona preces, & fletus multiplicentur, at verò ad vehementem animi angustiam declarandam superabundant fletus, & luctus; hi enim loquacissimi testes, & indices sunt interioris angustiae, quae nisi fortis, & vehemens esset, tales lachrymarum imbres non emitteret. D. Eligius Neviionensis homil. 16. ait: Beatum Petrum legimus culpam flevisse; quid tamen penitens in fletu dixerit non invenimus, lachrymatum esse dicitur; verum quod preces quoque satis faciens fuderit, non refertur. Cur hoc? nisi quia viliores sunt preces lachrymarum, quam imploratio sermonum. Qui sermo in precando falli potest; sermo enim interdum non totum hominis producit negotium; lachryma totum semper loquentis producit affectum.

9. Luc. 21.

D. Bernard.

Ose. 12.

Magis dolor & fletus quam verba, animam explicant.

cap. 1. q. 6. 17. 18. 19. 20. nunc verò pro majori rei explicatione aliquid addamus.

Et primò, D. Bernard. serm. 1. 1. omnicia 1. post octavam Epiphaniae, ait: Quid mihi & tibi mulier; ab indigentibus enim, & non à matre id quaerendum erat: Et paucis interjectis subdit: Ille ergo matrem non incongruè increpat. Dixit enim, si non adest vinum, oportebat illos ipsos, quibus decet, accedere, & rogare, non te matrem. Responso data à Christo matrem non increpat, sed Ecclesiam erudit, non matrem contemnit, sed discipulos suos instruit, nam etiam preces matris in magna estimatione, ac pretio erga Deum habeantur, ut par est, & non expectimur; tamen Divinus Magister altè docere vult, quod qui necessitatibus vexantur ad preces confugiant; & non ab illis feriantur, & ideo ab indigentibus: & non à matre id quaerendum erat. Ac si dicat, re ipsa: o Mater libenter tibi annuum, & preces tuas libenter excipio. At specie increpationis; homines moneo, & erudio, ut cum humanis necessitatibus premuntur ad orationis asylum se recipiant, ut illa; & per illam ab omni inveniende calamitate liberentur, & opportunam medelam in omnibus habeant. Vide superiorem Quaestionem.

11. D. Bernard.

Docet Dominus in necessitate ad orationem confugere.

Secundò, Valde mirum, quod cum Virgo Sacratissima tam durum verbum à filio audit Quid mihi & tibi mulier? ipsa tamen ministris ait: Quodcumque dixerit vobis, facite: Ac si nihil dubitaret de re obtemperata: ita ministris imperat, ut mandata exequantur: cur audito tam austero verbo, o Virgo non cunctaris, ut meliora responsa à filio obrineas. sed tanquam certam & securam de effectu te exhibes, Noster D. Cyrillus Alexand. hic ait: Magnam certe auctoritatem, dignitatemque deferri sibi à Domino Mater non ignorabat, quae persuasio, ut par erat, filio ministros preparat, hortaturque, ut omnia faciant, quae ipse imperabit. Bene noverat Sanctissima Virgo quantam auctoritatem, ac efficaciam haberet erga filium suum, ac proinde quamvis audiat ab illo austerrimum verbum, non veretur; sciebat enim, & optimè, sciebat, quod si verbum austerrimum proferebatur, non hoc erat sui causa, sed ob eruditionem astantium, ut multis magna documenta accipiant, ut dixi citato cap. 1. Et hinc etiam dicam, proindeque incipit omnia disponere de re concessa, & data, ut ipsa petebat; de qua auctoritate miratur Propheta Regius Psal. 44. n. 1. ait: Assitit Regina à dextris tuis: Multi in praesenti legunt: Assit Regina à dextris tuis: Semper astat, & nunquam recedit ab eo. Sapientissimus Idiota: Astat à dextris ob suam eximiam dignitatem, ob eximium filij amorem erga eam, ob constantem intercessionem: qua pro nobis loquitur: & exorat: Et ipsa orante, omnia nobis sunt felicitate plena.

12. D. Cyrill.

Idiota;

Idiota;

Tertio, dum Dei genitrix exponit: Vinum non habent: Christus ad speciem duriusculè respondit: Quid mihi & tibi mulier? nondum venit hora mea. Quamnam erat hæc hora illius; Illam nempe, suam appellat, non in qua convertenda erat aqua in vinum, sed in qua vinum in sanguinem suum erat demutandum, & ideo veluti dolebat quodammodo urgeri se ad miraculum de vino patrandum in uno angulo; in una domo privata: Cum esset dives in omnibus qui invocans nomen ejus: Rom. 10. n. 12. & ma-

13. Rom. 10.

Rom. 10.

QUESTIO II.

Quare tam severè Christus Sanctissima Virgini responderet. Quid mihi & tibi mulier?

Postquam Sanctissima Virgo exposuit vinariam penuriam, ait illi Christus D. Quid mihi, & tibi mulier? de quo latè egi citato Sylveira in Evang. Tom. VI.



D. Maxim.

ximè ad rem præsentem expendens austerum Christi verbum: Quid mihi & tibi mulier: sic ait D. Maximus homil. 1. de Epiphania. Idcirco, reor, quia Mater de defectu carnalis poculi suggererat, qui venerat totius orbis gentibus novum salutis aterna calicem propinare. Idcirco tam austerè Christus respondit, quia mater de corporali vino loquebatur; ipse autem venerat, ut daret in hora sua, scilicet suæ passionis, salutiferum vinum germinans Virgines. nempe, suum pretiosum sanguinem, non uni tantum populo in Cana Galilææ: Qui venerat totius orbis gentibus salutis aterna calicem propinare: Non enim angusta hominibus, sed angusta Christi mensa est.

14. Psal. 77.

De Magnifico pane, quo Deus pascebat populum suum in deserto loquens David Ps. 77. n. 24. ait: Pluit illis manna ad manducandum. Et hoc didicit à Deo Exod. 16. n. 4. Pluam vobis panes de caelo: Quando Manna de caelo mittitur tam in Exodo, quam in Psalmis, sub pluviam metaphora dicitur, ac explicatur. Quid pluvia cum Manna? pluvia aqua defluens, Manna cadens in uno loco perflitebat; Aqua sicut non est alimentum, ita nec ullum saporem habet, at Manna præstantissimè vires corporis resciebat, & omnium saporem referebat, quid ergo pluvia cum Manna? pluvia in omnes æqualiter diffunditur in montes, & valles, in civitates: villas, ac vicos: Sic & Christi mensa omnibus patet; Magnis, ac humilibus, magnatibus, & pusillis. Rupertus l. 3. in Exod. cap. 10. ait: Verbum ipsum, scilicet pluo, quo utraque scriptura usa est, eandem ubique terrarum paratam omnibus pusillis, & magnis copiam significat, ut de se ipso magnus Propheta dicit: Parasti in conspectu meo mensam: Psal. 22. n. 5. Ac de nobis scilicet minimis ait: Edent pauperes & saturabuntur, Psal. 21. n. 27. Ecce Christi mensa quanta beneficentia ad omnes se extendit, eaque Magni Cæsares, vilesque recreantur pauperculi.

Exod. 16.

Rupertus.

Psal. 22. Psal. 21.

151.

Quartò, Interveniens vini defectu Christum Mater urget: Vinum non habet: austerè Christus respondet: Quid mihi & tibi mulier? tanquam si dolenter acciperet moneri se de curando vini defectu, quod placet D. Justino q. 156. & ait: Non ad oburgationem hoc dictum est; sed quasi hoc demonstrare vellet: non in summus, qui curam susceperimus, quod in nuptiis consumitur. Alienum enim est à viro magno, & illustri agere de mensa, & queri de cœna ineptè parata. Nam brutum comedit ad saturitatem? homo verò ad vitæ nutrimentum & alimentum.

D. Iustino.

16.

Cum aliqui ex filiis Prophetarum pro se, ac sociis collegissent herbas ad coctionem, ut in mensa apponerentur; & cum gustatæ inventæ essent amarissimæ, ita ut cogitarent quod aliquid noxium, ac venenosum in eis esset: atque inde clamarent: Mors in olla Vir Dei. Et non poterant comedere: 4. Reg. 4. n. 40. Tunc Eliseus, quamvis Præfectus, patienter tulit, nec clamavit, nec conquestus est, nec ministros durè arguit, nec trahentes herbas reprehendit, quod incautè absque delectu, quascumque herbas attulissent, quod pulchrè notat D. Hieron. Epistol. 21. ad Eustochium, ubi ait: Homo Dei, non est iratus coquis; lautioris enim mensa non habebat consuetudinem: &c. Cum omnia essent tam malè disposita, ac præparata ad cibum, ac

4. Reg. 4.

D. Hieron. Vir magnus non agit de cibo, & potu.

mensam, cum Eliseus esset vir Magnus, ac præclarus, neminem graviter pulsavit; tanquam magnitudine, de his, quæ pertinebant ad mensam & cibum nihil agens, sed veluti ea contemnens, nec unum verbum de tali re profert: Homo Dei non iratus est coquis.

Magister Deus Scholam Apostolicam vehementer admonet, ne curam intendat nimiam de victu parando. Luc. 12. n. 22. Nolite solliciti esse anime vestra, quid manducetis: pergit ultra bonus Magister n. 29. Et vos nolite querere, quid manducetis, aut quid bibatis. Et apud Matth. 6. n. 34. Nolite cogitare in crastinum. Ex græco legitur: Nolite accuratè cogitare. Cur toties recommendat curam de cibo, & potu non querendo? Rupert. lib. 6. in Matth. Quid adhuc iterò repetitis, nisi quia magnum est negotium quod intendit: Creabat Christus suos Apostolos valde magnos, fundamenta Ecclesiæ, Princeps universi, lucas mundi, ac omnium iudices: & à viris magnis valde aliena est cogitatio, & etiam excogitatio de mensa componenda, cum qualibet parva re debeant acquiescere. Caieran. in Lucam. Deducet enim Christi discipulum consentire huiusmodi appetitionis, & multo magis dedecet querere.

Si autem Principes de re nulla re alia agunt nisi de cibo, & potu, valde misera est Respublica. Unde Ecclesiastes ejus miseram conditionem lamentatur, cap. 10. n. 16. Vae tibi terra, cujus Rex puer est, & principes mane comedunt. Paraphrasis Nazianzeni vertit: Ventri sunt dedit: ita ut de mane usque ad vesperam de nulla re alia agant nisi de cibo, & potu.

QUÆSTIO. III.

Quare Christus D. Sanctiss. Virginem hic mulierem appellat?

Cum Sanctissima Virgo præsentem necessitatem proponit: Vinum non habet: Austerò verbo respondet Christus: Quid mihi, & tibi mulier: nec Matrem, nec Mariam dicit, sed mulierem De quo egi citato cap. 1. q. 18. Ubi septem rationes de hac re dedi. Nunc verò breviter adde.

Et primò, rationem depromo ex D. Joanne Chryl. homil. 20. in Joan. qui post alias rationes datas citato loco ait: Alia præterea causa affertur potest, non minus necessaria, ne qua suspicio oriretur. Cum Sanctiss. Dei genitrix proponit vini defectum, tanquam miraculum expectans, ac postulans à filio suo, ipse duriusculè respondit: Quid mihi & tibi mulier? &c. Ait S. Doctor: Ne qua suspicio oriretur: quod miraculum precibus ac interventu Virginis fiebat, & cur talem suspensionem ab hoc opere Christus removere vult. Hoc miraculum fecit Jesus, ut subdit Evangelista: Initium signorum suorum, & manifestavit gloriam suam: Ergo cum hoc miraculum fuisset primum, & ad manifestandam suam gloriam, expediebat, ut esset valde magnum, & præclarum, ad illius magnitudinem spectabat, ut fieret absque alicujus precibus etiam Matris (quamvis illis fuerit maxime promotus,) inde austerè responderet, ut omnis suspicio excludatur, miraculum perpetuari non precibus impetratum; sed liberaliter datum:

17.

Luc. 12.

Matth. 6. Græcus.

Rupert.

Discipuli Christi de cibo non curant.

Caieran.

18.

Ecclef. 10.

D. Nazianz. Execrabilis Princeps, qui solum de ventre agit.

20.

D. Chrylost.

Beneficium ex precibus obtentum diminuitur.

Preces

Quintilian. 21.

Preces, & rogationes magnitudinem beneficij corroborant, Quintilianus.

Dux famositissime Matronæ in urgentissimo periculo populum Israëliticum ab eminente necessitate, ac devastatione liberatur Judith, & Esther: tamen si scripturam attentè legas; magnos totius populi applausus invenies erga Judith Joachim summus Pontifex, & Presbyter cum omni populo benedixerunt Judith: Tu gloria Jerusalem, Tu lætitia Israël, Tu honorificentia populi nostri: &c. c. 15. n. 10. Et diebus festivis præcedebat cum magna gloria, c. 16. n. 27. & post mortem luxit eam populus diebus multis, n. 29. Tales acclamationes, ac luctus non invenies apud Esther: cum ipsa valde mirabiliter liberasset populum non in una civitate Bethulia: ut Judith, sed in universo magno imperio Assueri Esther populum ab eminentissimo periculo liberavit, instante, ac urgente Mardochæo: Et quis novit, utrum idcirco ad regnum veneris, ut in tali tempore pareris? Esther 4. n. 14. At Judith sponte, nemine cogitante, ac adhortante ad Holofernis mortem processit; & inde gratius, ac præjudicius fuit beneficium Judith populo, utpote spontaneè exhibitum, & non precibus extractum. Inde populus in gratulatione magis se astrinctum Judith, quam Esther agnovit.

Judith 15. Judith 16.

Beneficium gratius sine precibus, quam cum illis.

Esther, 4.

22.

Bæza.

Secundò, doctissimus Didacus de Bæza tom. 1. de Christo figurato lib. 9. cap. 6. §. 7. sic exponit: Quid mihi & tibi mulier: & ait: Mulierem vocat, non matrem, nec Mariam; sola enim qua mulier in communi erat, ut logicè loquar: non qua Maria Deipara, & magnorum miraculorum operatrice virtute erat separanda. Ubi enim maximum aut magnum miraculum spectabatur, ibi jam adumbrabatur Maria. Ardebat in monte, nec comburebatur rubus, quod miraculum miratus Moyses ait Exod. 3. n. 5. Vadam, & videbo visionem hanc magnam. Unde magna, nisi quia ibi fulgebat Maria; Andreas Cretens. homil. 2. de Assumpt. inquit: De re resonantur omnes spiritus interpretes, Moyses primus cum vidisset rubum, se prædixit: Traheas videbo magnam hanc visionem. Ubi magna apparebat visio ibi debuit Maria adumbrari.

Exod. 3.

Andr. Cret.

23.

Tertiò, Respondit Christus: Quid mihi & tibi mulier? sensum literalem dixi citato cap. 1. id est, Quid mihi & tibi in hoc opere. Liran. ait: Videtur quòd Christus tanquam extraneæ respondeat matri, & hoc quoad speciem, ex altissima ratione suæ infinitæ sapientiæ: Et ideo nec Mariam nec matrem sed mulierem appellat; cum ipse super omnes filios sit intimè conjunctissimus cum sua Sanctissima matre: quo audiendus est D. Anselmus. lib. de excellentia Virgin. cap. 4. Amorem quem Pater, & Mater singuli debent filio suo, debet hæc felicissima Marium soli filio suo: amorem etiam, quem debet filius simul patri & matri, ille filius vera virginis suæ debet soli matri: Nam sicut alij filij nascuntur ex patre, & matre, ita filius ejus natus est ex sola matre: Excedit itaque omnes amores parentum in filios, aut filiorum in parentes, amor istius matris in filium suum. Hic divini filius habet solam matrem absque patre terreno, & temporalis: nam ipse habet Patrem deum, in cujus substantia, ac essentia idem est cum illo.

Eximia correspondentia amoris inter Deitarem & filium.

Sylveira in Evang. Tom. VI.

Ait Regius Vates Psalm. 72. n. 26. Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum: Quæ verba interpretatur Cassiodorus de Sanctissima Virgine in mysterio Incarnationis: Deus cordis mei; Ac si dicat, ut vulgariter dicam: Dios de mi coracon: sed alia superiori ratione, quia corpus Christi compositum est ex sanguine cordis Sanctissimæ Virginis, ut placet Salmeironi cum aliquibus; alij infantes in utero materno componuntur ex sanguine venoso; ac corpus Christi coalitum est ex sanguine cordis Deiparæ, qui sanguis est purissimus, ac perfectissimus totius corporis, Pars mea Deus: quia ille sanguis cordialis Virginis est, pars illius deduxit ad organizandum corpus Christi, & illius pars mansit in corde Virginis ad illius alimentum, & ira totus Christus est concorporatus, & convisceratus cum sanctissima sua Deigenitrice, & veluti quadam identitate cum illa. In æternum, quia ut multorum fert opinio, & alibi dixi; portionem illam carnis & sanguinis, quam Deus hypostaticè sibi assumpsit in utero Virginis; nunquam per nutritionem dimisit, sed usque hodie, & in æternum conservat, exinde optimè ratione habet Christus cum sua Matre Sanctissima quandam identitatem. Unde Cardinalis Petrus Damianus serm. 2. de Nativit. quod Deus variis modis habitat in creaturis per essentiam, seu conservationem, vel per gratiam ut in Justis; Tunc subdit Damianus. Alio modo inest Deus uni creatura videlicet Mariae matri, identitè quia idem est cum illa. Hic taceat, & contremisecat omnis creatura, & vix audeat aspicere tanta dignitatis immensitatem. Habitat Deus in Virgine, cum qua unius natura habet identitatem: Pondera ultima verba.

24. Psal. 72. Cassiod.

Salmeiron.

Christus suus per omnes filios maximè unicus Mariæ.

Damian.

QUÆSTIO IV.

Quare Sanctiss. Virgo dixit ministris, quod faceret quodcumque Filius ejus mandaverit?

Postquam Christus D. respondit Virginem valde austerum verbum: Quid mihi est tibi mulier? non desistit Virgo, sed certa de eventu, dixit ministris: quacunquè dixerit vobis facite; de quo disserui citato cap. 1. q. 21. ubi explicavi ex quo principio Sanctissima Virgo agnovit voluntatem filij sui, Nunc verò adde.

Satis altè, & profundè responderet Guarricus Abbas serm. 14. de Assumpt. & ait: Ipsa Virgo voluntatem Patris in tantum faciebat, ut de ea predicaret pater: Isai. 62. n. 4. Vocaberis voluntas mea: Igitur ubi eam filius negligere videatur (ait hic, Quid mihi, & tibi mulier;) ubi amplius honorasse invenitur: dum ei; scilicet Materni nominis honor duplicetur, pro eo quod eundem filium, quem alio gestabat, incarnatum etiam nunc animo gestabat inspiratum: Alto stylo; & ubi eam filius negligere videatur non matrem, sed mulierem appellans. Ibi amplius, & maxime honorat: Deum ei, scilicet, materni nominis honor duplicatur. Semel namque dum ipsum alio gestabat: in Incarnatione sua & iterum Incarnatum etiam nunc

25.

26. Guarricus.

Isai. 62.

Z z z anima